UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Aldelmi Episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

quod cùm plures diuerſis oppreſſi lãguoribus, pro obtinenda ſalute confluerent, inter alios puer quidam à dęmone miſerabiliter obſeſſus, nulla via vel modo ingreſſum in eccleſiã inuenire poterat. Nam hic cùm olim febribus laboraret, & ob contractam ſitim, matri nocturno potiſſimùm tempore, poculum offerenti ingentes moleſtias adferret, illa tandem feſſa & ſomno oppreſſa, cùm iterùm à puero excitaretur, indignanti animo poculum cum dira hac deprecatione tradidit, dicens: Vnà cum hoc diabolum bibe, quod nec minus ſecurum eſt. Nox enim malignus præſtò adfuit, qui ſæua adeò crudelitate eum exagitauit, vt vix vllis vinculis constringi, remedio verò nullo liberari potuit. Tandem pijs quorundam precibus & ieiunijs adiutus, [illegible] aditum ad S. Zenobij monumentum inuenit: vbi à malo hoſpite, non ſine adſtãtium horrore, tandem liberatus fuit.

Vide imprecationẽ mafris in filiũ.

VITA B. ALDELMI EPISCOPI SCHIreburgenſis.

ex ea quæ eſt apud Surium, cuius etiam Beda præclarè meminit Eccleſiaſt. hiſtor. Angl. lib. 5. cap. 19. Exceſſit ex hac vita anno Domini 709.

Maij 25.

Patria & parentes eius.

BEatus Aldelmus ſplendidiſſimo Anglorum ſtẽmate & regia proſapia ortus, patrem habuit Kennetum, Iuæ Occidentaliũ Saxonum regis fratrem germanum. Qui poſt exactos pueritiæ annos liberalium diſciplinarũ ſtudijs eum admouit: in quibus tantos breui tempore progreſſus fecit, vt ipſos etiã magiſtros ſuos, quos Græcos Latinosq; habuit doctiſſimos, multis paraſangis anteuerterit. Poſteà verò quàm cana quadã animi prudentia, variã & inſtabilem rerum humanarũ conditionem, & lubricum naturæ ſtatum, infirmitudin[illegible]

dine & flagitio præcipitanté & cœco impetu in
ſtem ruentem, ſatis expendiſſet: ne ijſdem ali-
mando ſceleribus implicaretur, ad tutiſſimũ reli- Fit Monachus.
ionis portum, in Meldunenſi monaſterio cõfugit,
ſeque ab imminente vitiorũ tempeſtate ſubduxit:
& ſumma contentione, Chriſti gratia adiutus, ad
perfectionis apicem aſpirauit. Domabat incredi-
bili auſteritate corporis petulantiã, frangebat pre- Vitæ eius
cibus & vigilijs rebelles motus, & aſſidua cæleſtiũ auſteritas.
rerum contemplatione, vagos animi motus cõpri-
mebat. His igitur virtutibus clarus, primò ad pre-
byterij, indè mox ad Abbatis honorẽ euectus eſt. Fit Abbas.
Interim fama eius nouis nouiſq; illuſtrata preco-
nijs, vltra mare ſe tranſtulit: atq; Pontificis ad au-
res eum admiratione peruenit. Qua incitatus Ser-
gius (is enim tunc temporis ſummum illud hono-
ris faſtigium conſcenderat) ſcriptis literis eum ad
ſe acciuit, venientemque honorificè ſuſcepit.

Cùm autem die quodam in Lateranenſi eccleſia
diuinum ſacrificium peregiſſet, caſulam exuẽs, per
humeros dimiſit, ratus aliquẽ ex miniſtris præſen-
tem fore, qui eam exciperet. Sed cùm nemo mini-
ſtrorum adeſſet, mox diuina prouidentia, ſplen-
dor quidam eximius, per feneſtram immiſſus, So-
laris radij inſtar, eam ſuſtinuit: in cuius miraculi
memoriam, caſula illa in Meldunenſi eccleſia ha-
ctenus aſſeruatur.

Per idem tempus puer quidam ex inceſtu geni-
tus, diuulgato prauorum quorundam hominũ ru-
more, Pontificis filius ferebatur. Qua re commo-
tus ſanè Aldelmus, multumque dolens Pontificem
quod vulgari ſibi amicitia deuinctũ, eiuſmodi fœ-
dari infamia, puerum non niſi dies nomen natũ ex-
hiberi iubet: eiq; in virtute & nomine Ieſu Chriſti

imperat, vt edicat, num Sergius Pontifex, eo ſe ſcelere obſtrinxerit. Cui infans diſtincto apertoque reſpődit ſermone: Pontificem illi crimini nequaquam affinem eſſe, nihil illum fœmineo cum ſexu commercij habere. Atque ita Aldelmus & ab amico Pontifice depulit infamiam & ſibi gratiam cumulauit.

Infans nouem dierũ loquitur.

Ea tempeſtate à Berthvvaldo Archiepiſcopo ad colloquium accitus, cùm ad littus maris iter haberet, nautæ quidam, quòd ſordido viderent habitu indutum, illum habere ludibrio atque contemptui non verebantur. Eccè autem aduerſo ſpirante vento mare intumeſcit, ſæuaque tempeſtate nautas in ſummum vitæ periculũ adducit. Cùm autem præſens iam mortis imago ob oculos eorũ verſaretur, ad pedes viri ſancti proſtrati, commiſſum in eum crimen, cum lachrymis, deteſtati ſunt. Ille verò pia eorũ pœnitudine accepta, pro ferenda ope ſcaphã ingreditur, quã ſimulatq; corpore ſuo preſſit, ad omnẽ tranquillitatem mare ſe compoſuit, nautæque cum naui ad littus incolumes appulerunt.

Miraculum.

Conſtruxit etiã vir ſanctus tria monaſteria, quæ poſteà à Danis euerſa ſunt. Diuitiarum fuit contemptor egregius, adeò vt omnia ſibi collata, in pauperes expenderet. Corporis verò domitor fuit admirandus, vtpote qui carnem ſuam in fonte frigidiſſimo humero tenus domaret (qui fons ab eo re Aldelmi dictus eſt) nihilque acerrimo frigore abſterritus, per noctes illic in precibus & pſalmis perſiſtebat.

Obſerua vt vir ſanctus carnem domârit.

Quodam tempore Roma per Alpes iter habens, altare ex marmore candido ſecum deferebat, quod lubricante greſſu iumenti, in duas partes caſu ſcisſum eſt, ipſumq; iumentũ miſerrimè con-

cus-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

um. Cuius læſione ad doloré lachrymasq́ue commotus Aldelmus, toto corde ad Deum conuerſus preces fudit, impartitaque benedictione & iumento ſanitatem & altari integritatem reſtituit. Fertur autem hoc altare in prouincia Somerſetana, etiamnum rupturæ eius veſtigia, in miraculi memoriam reſeruare. Miraculũ.

Tandem verò VVeſtſaxoniæ plagæ epiſcopatus, in duas parœchias diſtributus eſt, præfectusq́ue eſt Daniel VVintoniæ, Aldelmus verò apud Schireburgiam Heddæ epiſcopo ſubrogatus eſt, qui vtrique loco pręſederat. Fit Epiſcopus. Deindè plenus dierum & ſanctorum operum, migrauit ad Dominum, octauo Kal. Iunij: Obitus eius & in monaſterio ſuo Meldunenſi magno cum honore tumulatus eſt. Deceſſit autem è vita anno Domini 709. poſtquam annos quatuor ſupra triginta Abbatis, & epiſcopatûs munere, quatuor functus fuiſſet. Porrò eluxit in viro hoc præcipuũ quoddam religionis argumentum, & præſtantis eruditionis indicium, quod præclaris ſcriptorum ſuorum monumentis, poſteris omnibus teſtatum reliquit.

VITA S. AVGVSTINI EPISCOPI ET *Confeſſoris, qui miſſus à B. Gregorio Papa, primus Anglorum genti Christi Euangelium prædicauit. ex ea quæ eſt per venerabilem Bedam. Migrauit ex hoc ſæculo anno Domini ſexcenteſimo nono.* Lib. 1. cap. 23

ANno ab Incarnatione Domini quingenteſimo 92. Maij 26. Gregorius eximia pietate ac religione vir, anno Imperij Mauricij decimo, ad Romanæ Eccleſiæ regimẽ ſummumq́; honoris culmen euectus eſt: qui gentis Anglorum ſalutis mirifico flagrans deſiderio, anno eiuſdem Imperato-